



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

B

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Scripturæ concernentes executionem dispensationum matrimonialium, & aliarum litterarum Apostolicarum.

Remissiones denunciationum, diuortia, & alia scripturæ matrimoniales.

Explorationes voluntatum Nouitiarum, licentiæ profitendi, & alia huius generis scripturæ ad Moniales spectantes.

Interpositiones auctoritatis, & decreti in renunciatione nouitiorum, & alienationibus aliarum personarum fori.

Episcopalis, & instrumenta dotis monialium.

Licentiæ accedendi ad monialium Monasteria, aut in ea ingrediendi.

Scripturæ consecrationis Ecclesiarum, altarium, cœmeteriorum, campanarum, &c.

Item professionis Fidei.

Item visitationis liminum.

Scripturæ ordinationum, & collationis chrismatis.

Monitoria ad finem reuelationis.

Approbationes confessoriorum, & curatorum.

Dimissoria & commendatitia.

Licentiæ pro Parochis, canonicis, & alijs clericis abscedendi à Diœcesi cum litteris testimonialibus.

Erectionis seminarij.

Locationis in emphyteusim bonorū Episcopatus, feudaliū eiusdem mensæ, & aliorum beneficiorum.

Hæc ex litteris ad Episcopum Comensan. 18. Dec. 1626.

Adde inuentaria bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & mobilium totius Diœcesis.

Astrologia.

1 Prohibetur iudiciaria, præterquam circa agriculturam, nauigationem, artem medicam. Sixtus V. A. 1585 Ordinarij arbitrio seuerius puniatur Astrologi iudicarij *ibid.*

2 Libri de eadem prohibentur retineri. *ibidem.*

3 Innouauit prædictam constitutionem Urbanus VIII. die 1. April. 1630.*

4 Addidit contra eos, qui de statu Republicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ, eius-

que confanguineorum vsque ad 3. gradum inclusiue, consulunt Astrologos iudicarios, &c. seu eorum iudicia etiam sibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. *ibidem.*

5 Item contra eosdem Astrologos, quia iudicia faciunt aut à se vel ab alijs facta scienter retinent, vel dant alicui seu ostendunt, aut de ijs quouis modo tractant. *ibid.*

6 Pœnas infligit excommunicationi lata sententiæ (non reseruata) vltimi supplicij, & Confiscationis bonorum Ecclesiasticis vero, excommunicationis prædictæ priuationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis prædictæ, priuationis, & vltimi supplicij *ibi* Episcopis, autem, & maioribus Prælatiſ eadē citra vltimum supplicium. *ibid.*

7 Et Ordinarij locorum etiam respectu vicinorum locorum exemptorum, item Inquisitores sunt Iudices in prædictis, extra Prouincias Sedi Apostolicæ subiectus. *ibid.*

Auditores Rotæ Romanæ.

Vide Exempti. num. 7. 8. Functiones Episcopales num. 25.

Baldachinum.

1 Poteſt Episcopus in Ecclesiis Regularium Pontificalia exercens erigere Baldachinum. Congreg. Ep. 10. Junij 1603. apud Quar. V. Priuil. Regularium.

2 Sinè auro ter in anno ad summum Pontificaliter celebrantibus Abbatibus Casinensibus concessit Sac. Congr. Rit. 29. Ianuar. 1628.*

3 Idem Monachis Oliuetanis, eadem 17. Martij 1629.

4 Idem pro Monasterijs tantum S. Trinitatis, & Sancti Pancratij ciuitatis Florentiæ. eadem 31. May 1629.

5 Idem pro Monasterijs Cœlestinorum. ead. 30. Junij 1629.

6 Marchiones locorum prohibentur vt Baldachino in Ecclesia. Congreg. Ep. 14. Ianuar. 1618.

Baptismus.

- 1 Ante nonum diem baptizentur infantes sub pœna excommunicationis: & item si domi baptizentur, deferantur in Ecclesiam ad Cathœchismum. Prou. 1.
- 2 Nemo, nisi Parochus, solemniter baptizet, sine consensu eiusdem, neque ante ortum, neque post solis occasum sine necessitate. Prou. 5.
- 3 Ne administraretur extra Ecclesiam, neque in priuatis Oratorijs sine licentia Episcopi Conc. 6. Constantinopol. c. 31.
- 4 Ad Cathedralem deferantur ij, qui à Sabbato Sancto ad Sabbatum in Albis, & à Vigilia Pentecostes ad Sabbatum sequens fuerint baptizandi in ciuitate. Prou. 4.
- 5 Ad aquam fundendam vas proprium, seu cochleare adhibeatur, & item ad excipiendam eandem, & eam, qua manus sacerdotis oleo inuncta lauatur *ibid.*
- 6 Aqua infusa capiti ne recidat in fontem, sed in vicinum sacrarium Prou. 4.
- 7 Ne adhibeantur ornamenta ad pompam circa infantes baptizandos *ibidem.*
- 8 Nomina sanctorum tantum imponantur, *ibid.*
- 9 Vnus tantum siue vir, siue mulier, vel ad summum vnus, & vna baptizati in fonte suscipiant, & Parochus eum vel eos notabit in libro Trid. *sess. 24. cap. 2.*
- 10 Si fiat secus, Parochi culpa, hic puniatur arbitrio Ordinarij, *ibid.*
- 11 Non potest Episcopus concedere, vt duo viri in loco & mulieris, aliquem de fonte leuent. Decisum referunt Doct. apud Barbof. *de pot. Episc. alleg. 30. num. 41.*
- 12 Duo Procuratores admitti possunt, viri, & mulieres. Decisum refertur *ibid. num. 42.*
- 13 Si plures suscipiunt, omnes contrahunt cognationem, nisi constet, qui primus teugit, aut quis fuerit electus. Decisum refertur *ibidem num. 48.*
- 14 Procurator non contrahit cognationem sibi, sed mandati. Decisum refertur *ibidem numero 50.*
- 15 Non oritur cognatio spiritualis in Baptismo priuato Sanch. *lib. 7. disp. 62. n. 11.*
- 16 Ne sint Compatres ij, qui fidei Symbolum ignorant. Prou. 4.
- 17 Neque ij, qui non sunt confirmati Prou. 1.
- 18 Neque minores natu annis 14. Prouoc. 5.
- 19 Neque excommunicati, vel qui in Pœschate non communicant. Prouinc. 1.
- 20 Ne à laicis eo casu tangatur Chrisma, *ibid.*
- 21 Neque plures simul baptizentur, & masculus ante sceminam. Prou. 5.
- 22 Neque collocentur infantes in altari, vt inde redimantur. *ibid.*
- 23 Non adsit Iudæus, neque alius a fide alienus Prouinc. 5.
- 24 Liber à Parocho ad præscriptum Ritualis Romani conficiatur, baptizatorum. Rit. Rom.
- 25 Referatur tandem in Archiuum Episcopale. Prou. 1.
- 26 Obstetrices, nisi edoctæ de forma Baptismi non admittantur ad enismodi minus. Prou. 5.
- 27 Cautio Episcopi iudicio adhibeatur, ne infantes primo anno suffocentur. Prou. 6.
- 28 Ad preces pro puerpera dici consuetas in Ecclesia ne domum mulieris Parochus adeat. Pro. 3.
- 29 Neque illi præbeatut benedictus panis sub hostiæ forma. *ibid.*
- 30 Pia precatione inducantur pueri prima vice in Ecclesiam ex Rituali. Prou. 4.
- 31 Recolendus est quotannis Baptismi die pijs operibus. Prou. 6.
- 32 Fons autem Baptismalis è lapide sit sine rima. Prou. 4.
- 33 Bene muniatur aqua à puluere, & tegatur albi coloris conopeo, sepiatur cancellis. Adsit imago Sancti Ioannis Christum baptizantis. *ibid.*
- 34 Clauis fontis sit apud Parochum tantum *ibid.*
- 35 Mantilia duo munda ad abstergenda capita, si afferantur, noua sint, & in Ecclesia conuertantur vsu. *ibid.*
- 36 Nullum sepulchrum sit propè fontem. Prou. 6.
- 37 In Sabbato Sancto, & Pentecostes ad fontis benedictionem conueniant ij, qui de mote solent, debentur. Prou. 4.
- 38 Tres saltem ibi sint Sacerdotes. *ibidem.*

39 De oleis, *Vide olea sacra.*
v. Interdictum nu. 28. Irregularitas nu. 33.
36. Sacramenta. nu. 3.

Beatorum & Patronorum cultus.

- 1 IN Sanctorum inuocatione, Reliquiarum & Imaginum ueneratione, & facto usu tollatur omnis superstitio, turpis quaestus, lasciuia, commestationes, & luxus, nihil prophanium, aut inhonestum appareat. *Trid. sess. 25. Innoc. sanct.*
- 2 Non debent admitti noua miracula, neque Reliquiae recipi, non approbante Episcopo. *ibid.*
- 3 Ad haec approbanda adhibendi sunt in consilium Theologi, & alij pij viri. *ibid.*
- 4 Nemo quicumque ille sit, audeat per se, vel per alios capere informationes super sanctitate, & miraculis, alicuius defuncti, neque vilo modo exquirete, neque obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptiones sub penis arbitrio Sac. Rituum Congreg. adem, *Decreto publicato 12. Martij 1631. **
- 5 Potest superior, sacrista, vel officialis cuiusque Ecclesiae recipere reuelata miracula, siue prophetiae dona, sub sigillo secreti, ab ipsis tantum in quorum gratiam contigisse narrabitur. *ibid.*
- 6 Et tenetur quamprimum eadem deferre, vel ob signata transmittere ad Episcopum loci cum expressa declaratione, quod ea reuelationes non faciunt aliquem probationis gradum, etiam cuiusuis longissimi temporis cursu. *ibid.*
- 7 Antequam declarentur Beati, nihil in locis publicis, seu priuatis admittatur, indicans uenerationem. *Vrb. VIII. in Decr. 5. Inquisit. 13. Martij 1625. **
- 8 Neque libri imprimantur de eorum gestis, miraculisque sine recognitione Ordinarij, & Theologorum, & re prius communicata cum sede Apostolica. *ibid. m.*
- 9 Ad eorum sepulchra non ardeant lampades, neque tabellae affigantur, sine licentia sedis Apostolicae. *ibid.*
- 10 Si deserantur tabellae, seu alia iudicia gratiarum, de consensu Ordinarij possunt acceptari cum attestationibus de re opportunis, & in loco seorsum ab Ec-

clesia custodiantur. Idem *Vrb. VIII. in alio decreto eodem ann. **

- 11 Excipiuntur ij, qui per immemorabile tempus, vel Patrum testimonijs, vel longissimi temporis scientia, vel tolerantia sedis Apostolicae, vel Ordinarij coluntur. *vbi supra 13. Mart.*
- 12 Poenae Clero saeculari imponuntur arbitrio Ordinarij, etiam priuationis officiorum, & suspensionis Ordinum. *ibid.*
- 13 Regularibus autem priuationis officiorum, uocis actiuae, & passiuae, & suspensionis a diuinis. *ibid.*
- 14 Impressores librorum, pictores Imaginum, seu sculptores, alijque artifices poenis pecuniarijs, & alijs: arbitrio Ordinarij, seu Inquisitoris, puniantur. *ibid.*
- 15 In Patronos locorum eligi non possunt ii, qui dumtaxat sunt Beatificati nondum Canonizati. *Congr. Rit. 23. Mart. 1630.*
- 16 De Patrono ciuitatis electio fieri debet per secreta suffragia a populo, mediante consilio generali ciuitatis, vel loci, & cum consensu Episcopi, & Cleri loci. *ib.*
- 17 Idem seruetur in Patrono Regni, qui pariter eligi debet per secreta suffragia singularium ciuitatum Prouinciae. *ibid.*
- 18 Representantibus Regnum, Ciuitatem, Prouinciam, nulla competit facultas eligendi Patronos, nisi habeant speciale mandatum, & addit consensus Episcopi, & cleri dictarum ciuitatum. *ibid.*
- 19 Causae electionis nouorum Patronorum debent in sacra Congregatione deduci, & causa cognita ab eadem approbati. *ib. d.*
- 20 Patronus principalis vnicus esto, ex *Rubr. Breu. tit. 7. n. 1.* & est primae classis
- 21 Patroni minus principales possunt esse plures. *ibid. tit. 1. nu. 1.*
- 22 Horum Festum duplex quidem, sed maius per annum tantum. *in Tabellis Renuarij Rom.*
- 23 Ad Festum Patroni, hoc est principalis, tenentur etiam Regulares, non autem ad octauam Gregor. XIII. 30. Decembr. 1573. *Congreg. Rit. 27. Mart. 1628.*
- 24 Officia Sanctorum Patronorum propria, inconsulto ipso met summo Pontifice, non possunt approbati. *Sixtus V. Const. 74. in Bullar.*
- 25 Sancti Titulares Capellarum, Altariumue, nisi sint in Calendario Romano, nul-

- nullum habent officium sine licentia Sedis Apostolicæ. Cong. Rit. 1628.
- 26 Solet concedere Sac. Rituum Congregatio Sanctis locorum Episcopis officium duplex in tota Diœcesi; Martyribus locorum proprijs idem; Ciuibus, probata eorum origine, duplex in ciuitate tantum; SS. Archiepiscopis non vltra Diœcesim; vt in Decretis pluribus. 1628. 1629. 1630.
- 27 De Sancto Titulari Ecclesiæ Cathedralis solet etiam concedere officium duplex primæ classis in ciuitate tantum, sine Octaua extra Cathedralis. *ibid.*
- 28 Translationum vnicum Festum admittere solet, nimirum vltimæ, in testimonium præsentia Corporum. *ibid.*
- 29 Et Patroni quidem principalis sub ritu duplici, aliorum vero semiduplici. *ibid.*
- V. *Festis dies num. 1. Imagines Sacra num. 3. 4. 9. Libri prohibiti. num. 14. Reliqua SS. per totum.*
- 5 De his actis certior reddatur summus Pontif. & ea authentica transcripta, sigilloque obsignata quam primum mittantur ad S. Rituum Congregat.
- 6 Originali eodem modo consignata, & in capsula clausa pluribus clauibus, quæ diuersis arbitrio Episcopi custodiendæ tradantur in Archiuio Episcopali conferentur. *ibid.*

Benedictio.

- 1 Benedictio lapidis primarij pro ædificanda Ecclesia potest delegari Sacerdoti ab Episcopo. Rituale Rom. Pauli V.
- 2 Benedictio nouæ Ecclesiæ, seu Oratorii; vt in eo dicatur Missa, si publicum est, committi potest Sacerdoti ab Episcopo. *ibid.*
- 3 Item & noui Cæmeterij. *ibid.*
- 4 Simplex reconciliatio Ecclesiæ, seu Cæmeterij non consecrati potest committi presbytero in Dignitate constituto. Congregat. Rit. 9. Februarii 1608. immò & simplici Sacerdoti. Ritual. Rom. Pauli V.
- 5 Non potest Episcopus delegare benedictionem paramentorum alijs. S. Rit. Congreg. 14. Nou. 1615. & *sepius*, Sylu. V. *Benedictio. num. 2.*
- 6 Abbates non possunt ea benedicere, quæ non sunt suarum Ecclesiarum. *supra* V. *Abbas n. 29. 30.*
- 7 Neque Protonotarij paramenta quæcumque. Congreg. Rit. 17. Iulij 1627.
- 8 Benedicenda sunt, amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, casula, corporale, mappæ altari (nisi à laicis mutuo accipiantur) non alia de necessitate. Sylu. *Benedictio num. 5.*
- 9 Amissa rerum forma, iterum benedicantur. *ibid. num. 6.*
- 10 Benedictio Monialium Virginum est tollenda. Cong. Episc. 5. Decemb. 1597. *apud Praxim nouam Episc. p. 1. cap. 2. nu. 3.*
- 11 Virgo in matrimonium data viro, qui aliam duxit vxorem, potest benedicere, si ita viget consuetudo. *ad. 8. Maii 1672.*
- 12 In Festo Purificationis B. M. ne benedicantur ea candelæ, quas quisque tunc ante distributionem gestat in manu. Prou. 3.
- 13 Neque distribuantur, nisi præsentibus in Ec-

A D D I T I O.

- 1 Non prius inquirat Episcop. generaliter super vitæ sanctitate alicuius quàm particulariter de illius virtutis eminenti gradu, aut peculiari aliquo miraculo præcedat famæ comprobatio, prout prudentia Episcopi magis expedire videbitur. *Ex Decr. Congr. Rit. 12. Mart. 1632.*
- 2 Impedito verè Episcopo, cuius oneratur in hac re conscientia, potest delegari Vicarius Generalis, vel alius in dignitate Ecclesiastica constitutus, qui cum alijs ad minimum duobus doctis viris, vno Theologo, & altero graduato, vel licentiato in iure Canonico rem totam peragere debet, ita vt omnia sua nomina subnotent post subscriptionem cuiuscumque testis, antequam discedant à loco examinis. *ibid.*
- 3 Testes omnes quæcumque habent, explanate, & per extensum deponant, nec se referant ad attestaciones redditas; neque eis recitentur, quæ alijs ipsi deposuerunt. *ibid.*
- 4 Secreto retineantur acta completa præfesto etiam iuramento Notarijs, & testibus, se nemini promulgaturos quicquid ipsi scripserint, seu deposuerint vel de quibus interrogati fuerint. *ibid.*

- in Ecclesia candela benedicta, & ad
agrotos tantum mittantur. *ibidem*, &
Congregat. Episc. Anno 1581.
- 14 Cinerum benedictio, & distributio
fiat etiam in Parochialibus Ecclesijs.
Prou. 5.
- 15 Tabernaculum ligneum, in quo asser-
uanda est Eucharistia, stata prece prius
benedicatur. Prou. 6.
- 16 Benedictiones Cœmeteriorum Eccle-
siarum, Altarium, & Campanarum,
scribantur in libro, reponendo tandem
in Archiuo Episcopali. Prou. 4.
- 17 Antiquus ritus benedictionis adium,
quæ recenter edificatur, vel ob alias
causas, restituatur. *ibid.*
- 18 Non ex ædes, in quibus habitant ex-
communicati, seu criminosi publici.
Prou. 5.
- 19 Pro hac benedictione neque vltro da-
tum quid accipiatur. *ibid.*
- 20 Benedictio frequens manu data ab Epi-
scopi excommunicatio, dum per vias
incedit, inducit irregularitatem. *Suar.
de censur. disp. 12. Sect. 2. num. 21.*
- 21 Benedictio à Sacerdote coram suo Epi-
scopo non datur, sine licentia eius-
dem. *Rubr. Miss. tit. 12. num. 3. vbi ne-
que coram maioribus Episcopo, idem
iubetur.*
- 22 Habens usum Mitræ, & insignium
Pontificalium, & nullius Diœcesis exi-
tens imò habens iurisdictionem, & co-
gnitionem omnium causarum, & ius vi-
sitandi priuatim ad quemcumque Or-
dinarium, & qui in Missis, etiam pri-
uatis, benedicitur cum Versu, Sit no-
men Domini, &c. ad instar Episcoporum:
non potest tamen benedicere po-
pulo, extra actum celebrationis. *Cong-
reg. Rit. 25. Maij 1624.
V. Confraternitates num. 18. 28. Eucharistia.
num. 14. Matrimonij celebratio. num. 49.*
- Beneficiorum collatio.**
- 1 **I**Ntra sex menses Episcopus conferat
beneficia. *Doctores apud Barbof. de
potest. Episc. alleg. 58. num. 1.*
- 2 A tempore scientiæ vacationis nume-
rentur. *num. 5.*
- 3 Hoc est, quo scire potuit, vel debuit.
num. 6.
Barth. Gauant. Man.
- 4 Menses dies 30. continet, & secun-
dum Calendarium computari debent.
num. 8. 9.
- 5 Elapsis sex mensibus collatio deuolui-
tur ad Superiorem Metropolitanum, &
item ad Papam. *num. 11.*
- 6 Habilibus tantum personis conferan-
tur. *Trid. sess. 7. cap. 3.*
- 7 Nepoti iuo digno, omisso digniore,
potest Episcopus conferre beneficium
ob merita propria in Ecclesia m. *Philiat-
ch. de off. sacerdot. par. 2. lib. 4. cap. 23.*
- 8 Nullus initiatus prima Tonsura ante
annum 14. possit obtinere beneficium
simplex. *Trident. sess. 23. cap. 6.*
- 9 Alter collatio est nulla. *Decisum 14.
Augusti. 1586. refert Riccius in prax. resol.
331. num. 3.*
- 10 Sufficit annus 14. inceptus. *Decisum
referunt DD. apud Barbof. supra allegat.
60. num. 76.*
- 11 Nisi in fundatione aliud statuatur. *De-
cisum refertur. ibid. num. 77.*
- 12 Collatio facta penitus illiterato, est nul-
la. *DD. apud Barbof. alleg. 63. num. 1.*
- 13 Scholasteria, non nisi Doctoribus, vel
Magistris, aut licentiatis in sacra pagi-
na, vel lure Canonico, aut aliis idoneis,
qui per se ipsos id munus explere pos-
sint, conferantur, sub pena nullitatis,
Trident. sess. 23. cap. 18.
- 14 Notus Episcopo, quod sit idoneus, po-
test absens institui. *Decisum refert Garz.
part. 4. cap. 1. num. 23.*
- 15 Probatio facienda in beneficio ab Epi-
scop. *iuxta cap. 9. sess. 25. & cap. 13. sess. 17.*
non habet locum in beneficijs simplici-
bus, quorum collatio libera: ad infe-
riores spectat. *Decisum refert Garz. par.
9. cap. 3. num. 19. decl. 4.*
- 16 Examen non est necessarium. in semel
approbato in simili beneficio. *DD. apud
Barbof. alleg. 67. num. 89.*
- 17 Secus, si promoueat ad beneficium
superius, vel simile in ampliori loco.
ibid. num. 90.
- 18 Vel si dubitetur, quod dederit, aut
oblitus sit eorum, quæ sciebat. *ibidem
num. 91.*
- 19 Qui ambitiosis, & multis precibus per
se, vel per alios beneficium petit, eo
facto sit inhabilis ad omne beneficium
per triennium. *Prœuinc. 1.*

- 20 Eandem pœnam luat ille, qui nondum vacans postulauerit. *ibid.*
V. Excommunicatio. num. 38.
- 21 Ante collationem iuret beneficiatus, neque se, neque alium pro se quidquam promississe, dedisse, deposuisse dandum cuiquam pro ipso beneficio. *ibid.*
- 22 In ipsa collatione onera iniuncta beneficijs ex erectione, fundatione, aut alijs Constitutionibus, ne minuantur, nihilque detrahatur, aliter prouisio surreptitia censeatur. *Trid. sess. 25. cap. 5.*
- 23 Neque item imponatur onus contribuendi, præstandiue ad Ecclesiæ reparationem, ministrorumque sustentationem; sed his in uisitatione deinde prouideatur. *Prou. 7.*
- 24 In quacumque collatione, electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, admissione ad possessionem beneficii, vel distributionum, nullæ deductiones ex fructibus, solutiones, promissionesque fiunt, nisi in usus pios, approbante Episcopo. *Trid. sess. 24. cap. 14.*
- 25 Qui se facit institui in beneficium uidentis, est infamis. *Sylu.*
V. Beneficium 3. qu. 18.
- 26 An beneficia tenuissima, quæ non excedunt ualorem 4. ducatorum, vel deuoluta ad superiorem, vel uacantia in mente Papæ, possint ab Episcopo conferri; affirmat, & probat Zerol. *inprax. Beneficia ad 3.*
- 27 Commendare uero beneficia perpetuo nemo potest inferiori Papa. *Barbos. sup. alleg. 59. num. 6.*
- 28 Episcopus existens extra Diœcesim potest conferre beneficia uacantia in Diœcesi, etiam si sit in Curia: sed congruit ut Urbe exeat, & extra eam conferat. communis est. *inpraxi Episcop. cit. V. beneficia ad n. num.*
- 29 Conficiatur liber, in quo describantur uacationes beneficiorum, & collationes, & a quo; qui in Archiuio asseruandus erit. *Prou. 4.*
- 30 In expediendis litteis beneficiorum Episcopilibus accipere aliquid simonia est. *Sâ Simonia num. 3.*
V. Alienatio per totum. illegitimi nu. 3.
& seqq. Simonia num. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9.

ADDITIO.

- 1 Pralato, qui habet ius conferendi beneficia, negligente collationem, ea deuoluitur ad Episcopum tãquam ad proximum superiorem. *DD. apud Barbos. de iure eccl. l. 3. c. 13. nu. 109.*
- 2 Non tamen, sede vacante, ad capitulum. *ibid.*
- 3 Eadem deuolutio accedit, si Regulares negligentes sint in conferendis suis beneficijs, nimirum ad Episcopum loci, ubi sunt beneficia. *ib. d.*
- 4 Item si capitulum negligat. *ibid. n. 110.*
- 5 Si Episcopus negligat ea beneficia conferre, quæ ad eum spectant proprio quodam iure, non autem iure speciali, aut deuoluto, tunc ad capitulum fit deuolutio, & in secundo casu, ad superiorem Episcopum. *ibid. num. 111.*
- 6 Nisi Episcopus sit exemptus, & Romano Pontifici immediate subiectus: quo casu ad Papam deuoluitur collatio. *ibidem num. 112.*
- 7 Potest Episcopus dispensare, ut quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, quia non est reseruata Papæ hæc dispensatio: nisi Episcopus scienter illi contulerit. *ibid. num. 143.*
- 8 Excluduntur ab obtinendis beneficijs suspensi ab officio, vel beneficio. *ib. n. 144.*
- 9 Interdicti personaliter, irregulares, idiomitæ, aleatores, bigami, & alij. *ibid. à num. 145. ad 163.*
- 10 Filius legitimus clerici non potest obtinere beneficium immediate, quam habuit Pater, sine dispensatione, decisum referunt *DD. ibid. num. 161.*

Beneficiorum possessio.

- 1 Qui prouisus à Sede Apostolica possessionem beneficii apprehendit, non expeditis litteris, & amittit beneficium, siue ius ad illud, & fit inhabilis. *Paul. 3. Anno 1534.*
- 2 Libetum sit cuique possessionem capere sui beneficii, vel in Ecclesia, ubi est titulus; vel in prædijs, quæ maluerit ipse, Notario præsentare. *Prouinc. 4.*
- 3 Qui beneficii possessionem acquirat, titulum Episcopo ostendat intra n. entem, sub pena dimidiæ partis fructuum unius anni. *Prouinc. 2.*

4 De fructibus beneficiorum respectu prædecessoris, & successoris. *Vide infra Bona ecclesiastica num. 18. 19. 21. & seqq.*

Beneficiorum Parochialium prouiso.

1 Ordinarij collatores intra sex menses beneficia parochialia titè conferant. Pius V. Anno 1567.

2 Vel intra quatuor menses Papæ, aut collatoribus, ad quos spectant, personas idoneas electas significant. *ibid.*

3 Sub pœna quod omnimoda dispositio eorum sit referuata Papæ. *ibid.*

4 Patronis autem datur optio, vt post semestrem recurrat vel ad Metropolitanū, vel ad viciniorem Ordinarium, vel ad Papam. *ibid.*

5 Vacante igitur Parochiali, Episcopus constituat Vicarium, si opus est, cum portione congrua fructuum. *Tri. sess. 24. cap. 18.*

6 Hoc est: quando non adsunt alij in Ecclesia, seu Parochi vicini, qui animarum curam gerant, Decisum refert Garz. *p. 9. cap. 1. num. 13.*

7 Neq; potest amplius commendati Ecclesia Parochialis *Tri. sess. 24. cap. 18.*

8 Quæ deputatio Vicarij semper attinet ad Episcopum, licet collatio ad quemcumque alium Decisum referunt DD. *cit. à Barbof. alleg. 60. num. 3.*

9 Edictum promulgetur, quo vocentur ad concursum: vt intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, omnia scribantur. *Tri. loco cit.*

10 Quod edictum fiat semper ab Episcopo loci, vbi est beneficium, quicumque sit collator beneficij. Decisum referunt DD. *cit. à Barbof. alleg. 60. nu. 15. & 44.*

11 Etiam si Parochialis sit nullus Diœcesis, & tunc ad Episcopum viciniorem spectat. *Loter. tom. 1. l. 2. quest. 31. nu. 64.*

12 Nisi collator habeat ius cogendi Synodum. Decisum refertur à Barb. *loc. cit. num. 42. V. Albas num. 50.*

13 Decem dies à Tridentino concessi pro examine, ne ultra alios decem prorogentur. Pius V. *supra.*

14 Potest admitti ad concursum, qui iam habet beneficium curatum, qui si obtineat secundum, fiat concursus pro primo tunc vacante. *Congregat. Episc. 26. Aug. 1592.*

15 Doctor, siue licentiatus, & graduatus non excusatur ab hoc examine. Decisum refertur DD. apud Barbof. *allegat. cit. num. 86.*

16 In Parochialibus de Iure patronatus Ecclesiastici præter nominatum à Patrono, potest Episcopus admittere alios ad concursum. Decisum refertur *ibid. n. 16.*

17 Qui transacto edicti tempore compareret, & res est integra, est admittendus. Decisum refert Garz. *par. 9. cap. 2. nu. 106.*

18 Si vnus tantum concurrat, poterit solus examinari. Decisum refert Vgolin. *de pot. Episcop. cap. 50. §. 10. num. 4. V. Canonici Regulares. num. 1. Familiaris Episcopi num. 16.*

19 Tres adsint examinatores Synodales. *Tri. loco cit.*

20 Non pauciores scilicet, quam tres, *ibid.*

21 Etiam in Parochialibus modici valoris. Decisum referunt DD. *cit. à Barbof. alleg. cit. num. 38.*

22 Fit examen circa ætatem, mores, doctrinam, prudentiam, & alia opportuna. *Tri. loco cit.*

23 Non sufficit circa doctrinam tantum. Decisum refert Garz. *par. 5. cap. 7. nu. 11. vers. ad 3.*

24 Ætas debet esse 25. annorum inchoatorum, vt intra annum promoueatur ad sacerdotium. DD. apud Barbof. *alleg. cit. num. 82. 83. V. Legatus num. 3.*

25 Fiat in examine experimentum de canrus peritia, & Rubricis Diuini Officij. *Prou. 5.*

26 Examen per concursum si finiri nequit vno die, perficiatur altero, si timeatur de reuelatione interrogationum, possunt hæc mutari die sequenti. *Congreg. Episc. 20. Iulij 1592.*

27 Expediit deinde, vt examinatores parlam inter se vota sua conferant, & deinde Notario dicant, vt simpliciter scribat approbatorum nomina. Decisum refert Garz. *part. 9. capit. 2. num. 107.*

28 Præferri debet in concursu, qui nullum obtinet beneficium, obtinenti, *Rota 20. Febr. 1587. decis. 768.*

29 Item minus doctus, idoneus tamen, doctiori, si ille moribus excellat. Decisum referunt DD. *cit. à Barbof. allegat. cit. num. 102.*

- 30 Electio semper est Episc. Decisum refert Garz. loco ante cit. numero 108. 109.
- 31 Quando plures sunt presentati à laicis, fiat examen inter eos tantum, & Episcopus eligat magis idoneum. Decisum refert Garz. par. 9. cap. 2. numero 256.
- 32 Magis idoneis conferri debent. Parochiales Ecclesie, aliàs hi possunt appellare ad Metropolitanum, seu viciniorum Episcopum, & tandem ad Papam. Pius V. si pra.
- 33 Eadem feruentur in iurepatronatus mixto, & in merè ecclesiastico. Trid. loco cit.
- 34 Quod si Iurepatronatus ex duabus partibus spectet ad laicum, & pro vna ad ecclesiasticum, idem fiat; vt in ecclesiastico. Decisum refert Garz. p. 9. c. 2. n. 278.
- 35 Si vacet in mense Papæ, Patroni ecclesiastici nihil habent: sed Episcopus eligit, & Romam mittit nomen, vt aliàs Decisum refert Barbof. alleg. 60. c. n. 16.
- 36 Deuoluto Iurepatronatus ad Ordinarium, ea vice fiat concursus. Decisum referunt DD. cit. à Barbof. loco cit. n. 18.
- 37 Concursu iuxta formam Concilij aliqua de causa effectum non habente, Episcopus debet nouo concursu provide- re. Nauart. conf. 11. de Rescript. num. 3. § 5. par. 1. lib. 1. ed. 2.
- 38 Si electus desistat, nouus concursus est faciendus; non autem potest eligi alter ex ijs, qui concurrerunt. Gar. par. 9. c. 2. nu. 221. 222.
- 39 Ceterum non fit concursus in beneficijs Regularium, quæ Regularibus conferri solent. Decisum refert Garz. par. 9. cap. 2. nu. 167.
- 40 Et Regulari Parocho minus digno potest alter subrogari, & debet, si Episcopus velit. Cõg. Episc. 11. Decembr. 1584.
- 41 Neque in Parochialibus Regularibus habentibus curam animarum solitis commendari secularibus. Decisum refert Garz. d. cap. 2. nu. 199.
- 42 Neque in vacatione Dignitatis, & Canonatus, cui est annexa animarum cura accessoriè. Decisum refertur. ibid. n. 193. & apud Barbof. loco cit. nu. 26.
- 43 Neque quando animarum cura incumbit Canonice cathedralis, seu Collegiata Ecclesie, & per eisdem cura exercetur. Decisum referunt DD. citat. à Barbof. ibid. nu. 30.
- 44 Neque in resignationibus factis in manibus Papæ in fauorem certæ personæ. Decisum referunt DD. apud Barbof. ibid. nu. 21.
- 45 Neque in Permutationibus veris, nec de simplici ad Curatum, Decisum refert Garz. d. cap. 2. nu. 165.
- 46 Examen est tamen necessarium in eo, qui non fuit aliàs examinatus. ibid.
- 47 Neque in Parochialibus acquisitis per regressum, si eam possederit. Decisum refert idem ibid. nu. 168.
- 48 Neque in Parochialibus litigiosis. Doctores apud Barbof. loco citato numero 37.
- 49 Neque in Parochialibus de iurepatronatus laicorum. Trid. loco cit. & Decisum referunt DD. cit. à Barbof. loco cit. nu. 18.
- 50 Neque iurepatronatus mixto requiritur concursus. Decisum refert 5. Febr. 1628. Viuian. de iurepatronatus in Appen- dice ad capit. 1. lib. 1.
- 51 Vicaria perpetua Parochialium vnicorum non conferuntur concursu, sed ad eorum nominationem tantum, ad quos attinet deputare. Decisum referunt DD. apud Barbof. supra num. 32.
- 52 Nisi in Vicarium cura ipsa transferatur, & tunc fiet concursus. idem ibid.
- 53 Si Parochiales ita tenues sint, vt totius predictæ examinationis operam non ferant, aut nemo sit, qui concurrat, aut ob apertas factiones possunt excitari grauiores rixæ, Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputationum consilio ita iudicet expedire, priuatum aliud examen poterit adhibere. Trid. sess. 24. c. 18.
- 54 Prouisi de Parochiali Ecclesia per Papam tenentur ad iuratoriã fideiussione de residendo. Pius IV. in Bulla sua 87.
- 55 Confirmans indignum aetate, scientia, moribus ad beneficium Curatum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & à perceptione proprii beneficii suspenditur, quousque restitutus fuerit. Barbof. alleg. 111. n. 20.
- 56 Quæ summam ducatorum centum non excedunt, nulla pensione grauentur. Trid. sess. 24. c. 13.
- 57 Non comprehenduntur in emolumentis, quæ proueniunt ab exercitio curæ animarum, si fortè funeralia assignentur alicui. Congreg. Episcop. 11. Septembr. 1615.

58 Valor centum ducatorum requisitus à concilio intelligitur iuxta morem cuiusque regionis. Decisum refert Riccius in *Collect. decis. par. 4. collectan. 785. in fine Congr. Conc. 13. Julij 1630.*

A D D I T I O.

- 1 Congrua portio Vicario assignanda ex *Trid. sess. 24. cap. 18.* intelligitur arbitrio Episcopi decisum refert *Garz. de ben. par. 2. cap. 2. num. 15.*
- 2 Duorum aureorum aiunt singulis mensibus. *DD. apud Barboff. de off. Parochi. p. 1. cap. 2. num. 35.*
- 3 Et num. 36. docet, casu, quo Vicarius concurrat, & eligatur ut magis idoneus, debet statim cessare ab exercitio cura animarum.
- 4 Onera deducenda in Parochiali, ut centum scuta remaneant libera pro Rectore, sunt onera necessaria, & ordinaria, capellani, clericici, candelarum in festo Purific. B. V. mantentiones sacristia, cathedralici, Prædicator, Visitationis Episcopi, organi, cereæ, hostiarum, vini, olei, iudicis ordinarij. Rota sæpius apud eundem *Barboff. loco cit. p. 3. c. 29. n. 18. 19.*

Beneficiorum Reservatio.

- 1 **Q**uæ curam animarum habent, Sede Papali vacante, possunt ab Episcopo conferri. *DD. apud Barboff. alleg. 57. n. 30.*
- 2 Sede Episcopali vacante, referuntur omnia Papæ. *Pius V. Anno 1568.*
- 3 Vacantia item ob crimen hæresis. idem *Anno 1566.*
- 4 Item collata personis contaminatis ob genus, hæresim, apostasiam à fide. *Greg. XIII. Anno 1580.*
- 5 Item recepta in confidentiam. *Pius IV. Anno 1564.*
- 6 Item Parochialia collata, non servata forma *Pius V. Anno 1567.*
- 7 Vacantia per priuationem. *Paul. III. const. 67.*
- 8 Vacantia per negligentiam Ordinarij, claspso semestri, culpa sua *Doct. apud Barboff. loco cit. num. 44.*
- 9 Vacantia ob non publicationem resignationum. *Gregor. XIII. Anno 1583. Barb. Ganant. Man.*

- 10 Eorum, qui se ipsos pro alijs examini supponunt; vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro alijs ut ab eis aliquid consequantur; vel quando impetrant pro se ipsis cum intentione illa resignandi. *Paulus IV. Anno 1557.*
- 11 Vacantia ob non delationem habitus, & tonsuræ clericalis. *Sixt. V. Anno 1589.*
- 12 Quæ item reservantur in regulis Cancellariæ, & solent esse huiusmodi: nimirum.
- 13 Beneficia Officialiū Sedis Apostolicæ.
- 14 Monasteria vitorum valorem annuum 220. Florenorum auri excedentia.
- 15 Dignitates, & beneficia omnia post obitum quorumcumque collatorum vique ad promotionem successorum.
- 16 Omnes dignitates in Cathedralibus maiores post Pontificalem, & principales in Collegiatis excedentes valorem 10. Florenorum auri.
- 17 Prioratus Præposituræ, Dignitates conventuales, & Præceptorie generales Ordinum quorumcumque; sed non militiarū.
- 18 Familiarium Papæ, & Cardinalium, & continuorum commensalium eorumdè.
- 19 Qui sint familiares hi: Vide *Barboff. alleg. cit. à num. 1. 6. & deinceps.*
- 20 Collectorum, & Subcollectorū Cam. Apostolicæ.
- 21 Curialium quorumcumque, Cubiculariorum, & Cursorum Papæ. Cubiculariorum honoris. *Paul. V. Anno 1617.*
- 22 Beneficia Canonicalia Urbis Patriarchalium, & vacantia in Episcopatibus, Titulis, & Diaconis Cardinalium è Romana Curia absentium.
- 23 Vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina.
- 24 Vacantia, per execrabilitatem; nempe, quando retinetur beneficium secundum incompatible cum primo.
- 25 Beneficia resignata, dimissa, cessa ante assecutionem novorum beneficiorum, quæ in ipsa assecutione erant vacatura.
- 26 Vacantia quæcumque, & ubicumque mensibus Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Augusti, Octobris, & Novembris, præterquam per resignationem.
- 27 Nisi Ordinarij acceptant gratiam oblatam à Papa conferendi beneficia (alijs titulis non reservata) in mensibus,

- Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, & Octobris, & Decembris, quæ conceditur vere, & personaliter residentibus, mutuis hinc inde datis litteris.
- 28 Addunt Doctores alia referuata: nimirum in Curia vacantia Apud Barbof. *alleg. 57. num. 19.*
- 29 Omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum, auctoritate Apostolica conferuntur cum decreto, quod prouisus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus resignare teneatur. *ibidem n. 45.*
- 30 Vacantia per violationem sequestri lite pendente in Curia Rom. *ibidem num. 47.*
- 31 Beneficia litigiosa per obitum vacantia. *num. 49.*
- 32 Ea item, quæ sunt collata a Cardinalibus vigore indultorum quando prouisi intra sex menses à die factæ promissionis non impetrauerint nouas prouisiones à Papa. *ibidem num. 52.*
- 33 Vacantia per delictum offendentis litigantes in Curia Rom. eorumque Iudices Aduocatos, Testes, vel Notarios *ibid. num. 55.*
- 34 Mensis referuatus Papæ incipit in media nocte primi diei, & durat vsque ad dimidiam noctem vltimi diei. Barbof. *lco cit. num. 183.*
- 35 Media nox attenditur ex Galli cantu in horologiorum varietate. Garz. *p. 5. cap. 1. num. 526.*
- 36 Beneficium Iurispatronatus mixti, in quo laici æqualem saltem habent partem vocum, non est referuatum. Apud Barbof. *supra num. 144.*
- 37 Neque beneficium manuale. *n. 152.*
- 38 Neque Commenda *n. 154.*
- 39 Neque de mensa Episcopali, Capitulari, Abbatiali *n. 155.*
- 40 Neque Coadiutoria *n. 156.*
- 41 Neque ea, quæ ex creatione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus aliquas qualitates, seu certa onera habent iniuncta, vt in præbendis Theologalibus, & similibus Trident. *sess. 25. cap. 5.*
- Beneficiorum Pluralitas.*
- 1 Num vni conferatur; si minus sufficit ad vitam honestè sustentandam, licet aliud simplex confecti, dummodo
- vtumque non requirat personalem residentiam. Trident. *sess. 24. cap. 17.*
- 2 Plura beneficia curata, aut incompatibilia retineri non possunt sub pena priuationis ipso iure. Idem *sess. 7. cap. 4.*
- 3 Duo Canonicatus sunt incompatibiles. Decisum refert Garz. *part. 11. cap. 5. num. 381. in 3. declar.*
- 4 Dignitas, cui additur Canonicatus, non potest obtinere alium Canonicatum, cui annexum est munus Penitentiarij. Decisum refert Garz. *in addit. ad suum tract. de benef. loco citat. num. 249.*
- 5 Canonicus obtinens dignitatem sine Apostol. dispensatione perdit Canonicatum. Decisum refert idem *d. cap. 5. n. 244.*
- 6 Habenti beneficium sufficiens potest aliud conferri, sed habita possessione secundi, vacat primum. Decisum refert idem *ibid. num. 283. in 2. declar.*
- 7 Duo beneficia simplicia sub eodem tecto, quæ non requirunt personalem residentiam, & non sunt sufficientia, possunt conferri ab Ordinario. *prax. Episcop. part. 1.*
- V. Benefic. §. 7. concl. 6. Negant plures DD. apud Barbof. allegat. 62. num. 12.*
- 8 Episcopus ex causa potest dispensare, vt quis habeat duo beneficia distincta sub eodem tecto, si quolibet eorum sit insufficientis ad eius sustentationem. Decisum refert Garz. *d. cap. 5. num. 377.*
- 9 Dispensatus ad duo beneficia non intelligitur sub eodem tecto. Flam. *lib. 3. quest. 1. num. 225.*
- 10 Beneficium situm in Capella Claustris Cæmeterio, seu ambitu, contiguis Ecclesiæ, censetur, esse in eadem Ecclesiæ. Garz. *d. cap. 5. num. 259.*
- 11 Cum Parochiali obtineri potest Monasterium commendatum cum cura. Decisum refert Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloss. 5. §. 8. n. 65. & Garz. par. 4. c. 4. n. 35.*
- 12 Consuetudo valet, quod quis duplici officio in vna Ecclesia fungatur, puta Thesaurarij, & Canonici. Decisum refert Garz. *d. cap. 5. num. 245.*
- 13 Si duo beneficia non sufficiunt ad sustentationem, non potest Episcopus conferre tertium. Garz. *d. c. 5. n. 249.*
- 14 Habenti pensionem sufficientem potest Ordinarius conferre beneficium. Decisum refert Garz. *d. cap. 5. n. 171.*

- 15 In iudicanda beneficij sufficientia nulla debet haberi ratio bonorum patrimonialium. Barbof. *alleg.* 62. num. 11.
 16 Qui exegerit fructus prioris beneficij retenti sine dispensatione, duplum restituat. Prouinc. 4.

A D D I T I O.

- 1 Capelle plures in eodem Altari sub eadem inuocatione cum diuersis oneribus Missarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus clericis, non possunt retineri hodie ab vno sine dispensatione Apostolica. *Congr. Conc.* 17. *Aug.* 1630.
 2 Incompatibilitas plurimum beneficiorum sequitur ex retentione, non ex consequitione; & ideo valet collatio tertij beneficij ab Episcopo vltra duo insufficientia, non autem retentio sine facultate Apostolica, decisum refert *Barbof. de iur. Eccl.* l. 3. cap. 13. num. 189.
 3 Si retineantur per triennium, vacant omnia. *ibid.* num. 190.
 4 Immo, si vltra sex menses, vacant omnia. *ibid.* num. 191.
 5 Neque regula de trienniali possessione iurat. decisum refertur. *ibid.* num. 194.

Beneficiorum Resignatio.

- 1 **P**ROcurans Episcopus, vt Clerici beneficia renuncient, suspenditur à perceptione fructuum suæ Ecclesiæ per triennium. Barbof. *alleg.* 111. nu. 29. hoc est, secuta renunciatione.
 2 Resignari possunt beneficia in manu Episcopi à senibus Impotentibus seruare.
 Obtinētibus plura
 Valetudinarijs. beneficia.
 Ingressuris Religio-
 Corpore vitiatis. nem.
 Matrimonium con-
 Crimini obnoxiiis. tracturis.
 Capitales inimici-
 Censuris irretitis. tias habentibus.
 Pius V. *A.* 1568.
 3 Ne tamen vilo modo significetur successor. *ibid.*
 4 Potest autem resignans rogare Episcopum, vt conferat à se nominato. Barbof. *de potest. Episcop.* allegat. 65. num. 50.
 5 Probanda quoque est resignationis cau-

- sa. Garz. *part.* 11. cap. 4. num. 52.
 6 Et potest resignari ante adeptam possessionem, Barbof. *loco cit.* nu. 16.
 7 Non potest resignari beneficium litigiosum, super quo lis pendet. *ibid.* nu. 19.
 8 Nisi lis esset super priuatione beneficiati, nō autem, vt adiudicetur alteri. *ibid.*
 9 Beneficium quoque de Iure patronatus resignari potest, cum consensu Patroni. *ibid.* num. 27.
 10 Potest autem Episcopus acceptare resignationes beneficiorum suæ Diocesis, extra suam Diocēsim existens. *ibid.* n. 22.
 11 Et item beneficiorum reseruatorum, seu collationis Cardinalium, non tamen hæc conterre. *ibid.* num. 23. 24.
 12 Porro non ante triennium à possessione beneficiati resignantis. Innoc. IX. relatus à Moscon. *de maiest. milit. Eccl.* lib. 1. parte 3. cap. 2. rub. de benefic.
 13 Si beneficium est titulus ordinationis, fiat de titulo in resignatione mentio; aliàs nulla est. Naldus *Renunciare* nu. 21.
 14 Fallit, si resignans affectus est aliud beneficium sufficiens ad congruam sustentationem. Decisum refert. Idem. *ibidem.*
 15 Vnico contextu præstetur consensus Ordinatij, cum fit resignatio. *Fiam.* l. 8. q. 9. à num. 127.

- 16 Non conferatur consanguineis, affinis familiaribus resignantium, aut recipientis resignationes. Pius V. *ubi supra.*
 17 Sub pœnis nullitatis, suspensionis à beneficiorum collatione, electione, &c. & reseruatur Papæ. *ibid.*
 18 Si suspensi ausi fuerint conferre ipso facto sunt excommunicati, reseruata Papæ absolutione. *ibid.*
 19 Male resignantes, & lites huiusmodi prosequentes tenentur ad restitutionem, & ad omnia damnâ. Pius V. Anno 1560.
 20 Publicatio fieri debet quarumcumque resignationum, etiam ex permutatione intra sex menses citra montes, intra nouem, Gregor. XIII. Anno 1583.
 21 Hoc est, à die Data concessionis gratiæ, quæ postremo facta fuerit ex obtinentibus eandem. *ibid.*
 22 Fiat in Cathedrali, & in Ecclesia beneficij, seu Ecclesijs, si in pluribus sit beneficium, & inter Missarum solemnias, lectis litteris Apostolicis. *ibid.*

- 23 Si rurale est beneficium, fiat in Parochiali. intra cuius fines illud est, & Cathedrali. *ibid.*
- 24 Si non est additus ad illa in viciniore Cathedrali, vel Parochiali fiat *ibid.*
- 25 Sub pœnis nullitatis, inhabilitatis &c. *ibidem.*
- 26 In resignationibus, quæ fiunt in manibus inferiorum Papæ intra mensem negotium expediatur, & intra alios tres publicetur. *ibid.*
- 27 Sub pœnis prædictis. *ibid.*
V. Capitulum sede vac. num. 32.
33. Ordines maiores num. 3. 4. 5.
Pœnis num. 2.
- numero 21. *V. Ordines maiores num. 6.*
- 4 Et fiat publicatio, vt in præced. tit. num. 20. & seqq.
- 5 In mense Apostolico fieri possunt ab Episcopo permutationes. Congr. Episc. 24. *May 1583.*
- 6 Possunt etiam permutari beneficia iuris patronatus de consensu patronorum. Azor. *part. 2. lib. 7. cap. 29. q. 1. 6.*
- 7 In permutatione duorum diuersæ Diœcesis requiritur vtriusque Episcopi consensus, & auctoritas. Azor. *loco cit. q. 8.*
- 8 Ne sit permutatio triangularis, sed simplex inter duos. Nau. *conf. 43. sub titulo de Simon, num. 3.*
- 9 Si inæqualia sunt, cessante pacto; potest Episcopus mandare, quod recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pœsionem alteri duraturam vsque ad coequandos fructus. Idem *ibid. 4.*

ADDITIO.

- 1 Intra mensem resignatio debet expediri, hoc est, admissio, seu reiectio eiusdem; collatio vero fiat prout de iure cõmuni. *Barboff. de iure Eccl. l. 3. c. 15. n. 113.*
- 2 Publicatio Resignationis sit breuibus verbis, non legendo totam Bullam, nec earum datam. *DD. cum Barboff. ibid. n. 195.*
- 3 Facta in choro, non in Ecclesia, est nulla. *ibid.*
- 4 Ad valuas sufficit simplex carta, in qua significetur totum negotium Resignationis. *ibid.*
- 5 Sufficit ad vnam portam Ecclesiæ fieri. *ibid.*
- 6 Et Notarius referat, se fecisse iuxta formam constit. *Greg. XIII. ibid. num. 196.*
- 7 Non publicanti, regula de trienniali possessione non prodest, imo nec decennialis possessio. *ibid. nu. 197.*
- 8 Probatio de non facta publicatione ad effectum, vt vacet beneficium, incumbit impetranti, vt vacet. *ibid. n. 199.*
- 10 Forma permutationis: quod probentur causæ.
- 2 Examinentur permutaturi ab Episcopo Trid. *sess. 24. cap. 18.*
- 3 Fiat collatio idoneis repertis.
- 4 Litteræ simul expediantur.
- 5 Publicatio fiat, vt supra.
- 6 In possessionem eant cum fidei professione. Ita Vgol. de potest. Episc. *c. 50. nu. 3.*
- 11 Dum expediunt permutatio administrare possunt in suis Ecclesiis, quas resignarunt *Flam. lib. 1. q. 6. num. 9.*
K. Capitulum de vac. num. 38.

ADDITIO.

- 1 Non potest fieri permutatio beneficii cum pensione, quam habet alter super alio beneficio. *DD. cum Barboff. de iur. Eccl. l. 3. cap. 15. num. 179.*
- 2 Neque cum pacto coram Episcopo, vt alter soluat omnes expensas ad vtramq; Bullam necessarias. *ibid. num. 180.*
- 3 Neque beneficia inæqualia, addita pensione, aut alia re prætio æstimabili, permutari possunt, probabilius, & tutius *DD. apud Barboff. ibid. num. 181. Vide Manuale nostrum in hoc titulo. num. 9.*

Beneficiorum Priuatio.

- 1 **Q**ui Matrimonium contrahi per verba de presenti validum, etiam ante copu-

Beneficiorum Permutatio.

- 1 **C**onceditur Ordinariis iuxta Sacros Canones. Pius V. Anno 1568.
- 2 Dubitat Megalius 3. part. *Instit. Confess. lib. 4. cap. 5. num. 42.* ex verbis prædictæ Bullæ. An possint Episcopi permutare: & ad summum concedit, standum esse consuetudini.
- 3 In permutatione beneficii, quod est titulus ordinationis, fiat mentio de titulo, alias est nulla. *Nald. renunciare.*

- copulam perdit beneficium. DD. apud Barbof. *de pot. ep. alleg. 57. num. 202.*
2. Iudices priuationum, affines eorum & familiares non possunt impetrare beneficia, quibus illi beneficiatos priuant. Pius 4. Ann. 1560.
 3. Neque item Procuratores, & Solicitatores in eorum causa. *ibidem.*
 4. Sub pœna nullitatis. *ibid. vide Cap. Sede vac. num. 41.*
 5. Suspensio à beneficio. *V. Suspensio n. 8. 22.*

Beneficiorum Vacatio.

1. Vacant beneficia varias ob causas, apud Barbof. *alleg. 57.*
2. Per obitum *num. 199.*
3. Per resignationem *num. 200.*
4. Per effecutionem alterius incompatibilis *num. 201.*
5. Per contractum matrimonij. *nu. 202.*
6. Per ingressum Religionis. *num. 208.*
7. Per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam. *num. 211.*
8. Per promotionem ad Episcopatum, post adeptam possessionem, & facta consecratione. *num. 215.*
9. Per militiam secularem. *num. 215.*
10. Per pœnam, nimirum.
11. Per omissionem habitus, & tonsuræ. *Sixt. V. A. 1589.*
12. Per non promotionem Parochi intra annum ad Sacerdotiũ. *Barbof. n. sup. 209.*
13. Per violentam ingressionem in possessionem beneficij. *num. 220.*
14. Per violationem sequestri imposti vigore sententiæ definitiue in Rom. Curia prolata in causa beneficiali. *num. 221.*
15. Per non ostensionem Tituli, cum monitus fuerit. *num. 222.*
16. Per non publicationem resignationis. *Greg. XIII. A. 1583.*
17. Per non seruatum formam Pij V. in pro-uisione Parochialium. *Barbof. cit. nu. 245.*
18. Per suppositionem sui pro alio ad examen, aut oblationem pensionis, aut intentionem resignandi contra Bullã Pauli IV. A. 1557.
19. Per apprehensionem possessionis ante litterarum Papæ expeditionem. *Iul. III. A. 1553.*
20. Per confidentiam. *Pius IV. A. 1569.*
21. Per retentionem indebitam scriptura-

- rum Camera Apostolicæ, seu non reuelationem earumdem. *Iul. III. A. 1552.*
22. Per alienationem rerum Ecclesiasticarum sine solemnitate. *Paul. II. A. 1468.*
 23. Per offensionem litigantium in Rom. Curia, eorumque Iudicium Aduocatorum, Procur. Testium, Notariorum. *Alex. VI.*
 24. Propter crimen hæresis. *vbi supra Barbof. num. 228.*
 25. Obtena per preces hæreticorum. *num. 230.*
 26. Per crimen realis simoniæ. *num. 231.*
 27. Per crimen læsæ maiestatis. *n. 233.*
 28. Per crimen falsitatis litter. *Apostol. num. 234.*
 29. Propter sodomiam. *num. 242.*
 30. Per incarcerationem clerici vt resignet beneficium. *num. 241.*
 31. Per occisionem Rectoris suæ Ecclesiæ. *num. 239.*
 32. Ob percussionem Episcopi vacant beneficia in eius Diocesi. *num. 237.*
 33. Ob percussionem cardinalis. *num. 235.*
 34. Ob Assassinium. *num. 238.*

ADDITIO.

1. Vacat beneficium, si electus intra mensem à tempore electionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi præstituto, non consenserit electioni de se factæ. *DD. cum Barbof. de iure Eccl. l. 3. cap. 14. n. 26.*
2. Item si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem. *ibid. num. 27.*
3. Item quando electus, vel præsentatus ante confirmationem, vel institutionem per se, vel alium se iniecerit, vel administauerit. *ibid. num. 28.*
4. Item per repulsionem postulationis, vel electionis cassationem. *ibid. nu. 29. 30.*
5. Item si beneficium habeatur pro delicto per decennium. *ibid. num. 33.*

Beneficiorum unio.

1. Uniones factæ à 40. annis citra confirmationem Tridentini Concilij examinari possunt ab Ordinario. *Trid. sess. 7. cap. 6.*
2. Ne fiant unioes beneficiorum diuersæ Diocesis. *Idem. sess. 24. cap. 9.*

3 Non

- 3 Non possunt uniri plura beneficia simplicia. Riccius *in praxi resol.* 610. in 2. edit.
- 4 Neque possunt uniri beneficia de iure patronatus. Decisum refert Garz. *par.* 12. *cap.* 2. *num.* 210.
- 5 Et irrita omnino sunt uniones factae de beneficijs liberis ad Ecclesias Iurispatronatus. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9.
- 6 Quae verò à 40. annis citra plenam incorporationem sunt consecutae, nihilominus ab Ordinarijs reuidentur, & si opus est, separentur. *ib. d.*
- 7 Potest Episcopus ex causa legitima unire beneficia non exempta. DD. apud Barbof. *alleg.* 66. *num.* 3.
- 8 Etiam si eorum collatio vigore concordiae spectet ad Capitulum. Idem *ibid.*
- 9 Potest unire etiam non perpetuo referuata beneficia. Garz. *d. cap.* *nu.* 91.
- 10 Etiam deuoluta Papae per negligentiam, ignorantiam, seu absentiam Praedecessoris Rebuff. *de deuolut.* *nu.* 31.
- 11 Parochiae quae certos fines non habent, sed certum populum, & per certas familias distinguuntur, uniri possunt. Decisum refert Garz. *d. cap.* 2. *n.* 88.
- 12 Possunt fieri uniones perpetuae ab Episcopo Ecclesiarum Parochialium, & beneficalium propter Ecclesiarum paupertatem sine prauidicio obtinentium. Trident. *sess.* 21. *cap.* 5.
- 13 Ne uniantur Parochiales Ecclesiae Monasterijs, Abbatijs, Dignitatibus, praebendis Ecclesiae Cathedralis, seu Collegiatae, nec alijs beneficijs simplicibus, aut Hospitalibus, seu Militijs, & quae sunt unire reuidentur. Idem *sess.* 24. *cap.* 13.
- 14 Neque pars fructuum Parochialis Ecclesiae potest uniri alteri. Decisum refert Garz. *d. cap.* 2. *num.* 87.
- 15 Debent autem fieri uniones ob euidenter necessitatem, vel vilitatem Ecclesiae. Garz. *ibid.* *num.* 108.
- 16 Et in perpetuum, non ad vitam. Barbof. *loco cit.* *num.* 8.
- 17 Cum consensu Capituli Garz. *d. cap.* 2. *num.* 145.
- 18 Et sufficit post unionem. Idem *ibidem* *num.* 147.
- 19 Nisi adsit contraria consuetudo, quae excludat Capituli consensum. Idem *n.* 152.
- 20 Si Episcopus unire, ut delegatus Sedis Apost. negant hunc consensum Nauar. & alii, affirmant alii, & decisum refert Garz. *cit.* *num.* 158.
- 21 In unione facta ipsi Capitulo, requiritur auctoritas Papae. Idem *num.* 168.
- 22 Secus, si fiat singulis praebendis singularim. Idem *num.* 170.
- 23 Sed verius potest Episcopus unire omnibus simul. Decisum refert idem *n.* 171.
- 24 Eorum denique, quorum interest, consensus est requirendus. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6.
- 25 Unire assumit deinde naturam, & priuilegia, cui est annexum. Barbof. *loco cit.* *num.* 41. *V. Abbas nu.* 50. *Cap. Sede vac.* *n.* 39. *Seminarium clericorum à n.* 38. ad 44.

A D D I T I O.

- 1 Non potest Episcopus unire beneficia affecta sedi Apostolicae. DD. cum Barbof. *de iur. Eccl.* l. 3. *cap.* 16. *num.* 30.
- 2 Neque beneficia litigiosa. *ibid.*
- 3 Potest unire beneficium suae Diocesis non curatum alicui Religioni, & Monasterio suae Diocesis. *ibid.* *num.* 36.
- 4 Potest unionem dissoluere Episcopus, & reuocare, cessante causa, ob quam facta est, vel quia redundat maius damnum Ecclesiae *ibid.* *in fine.*
- 5 Sed necessarius est capituli consensus, & vocatio defensoris eum causae cognitione. *ibid.*

Beneficiorum mutatio.

- 1 NE conuertantur curata in beneficia simplicia. Trid. *sess.* 25. *cap.* 16.
- 2 Neque possunt erigi simplicia in Canonicatus. Congreg. Episc. 17. Aprilis 1584.
- 3 Potest autem ex causa conuerti Ecclesia simplex in curatam ab Episcopo. Garz. *part.* 12. *cap.* 5. *num.* 2.
- 4 Non potest Episcopus derogare qualitibus in beneficii fundatione appositis. Garz. *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 344. & 371. 372. concedunt alii posse, apud Monet. *de comm. vlt. v. l.* *cap.* 10. *num.* 352.
- 5 Ex causa necessitatis, aut magnae vilitatis Ecclesiae, potest Episcopus derogare inuis etiam patronis. Lambert. *de iur. ep.* l. 2. *part.* 1. *q.* 7. *art.* 30. *nu.* 3. 7. 8. 12. & 15.
- 6 Nouem regulas à derogante obseruandas ponit Monet. *supra à nu.* 533. ad 542.
- 7 Fun-

- 7 Fundator Ecclesiæ, seu beneficii, seu hæres, vel successor fundatoris, seu executor testamentarius ab eo deputatus cū consensu Episcopi mutare potest statum Ecclesiæ. Viuian. de iurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 4. num. 14.
- 8 Formam mutationis. vide apud Monct. vbi supra cap. 11. à num. 451. ad 439.

A D D I T I O.

Verius non potest Episcopus mutare Parochialem in collegiatam. DD. cum Barbosa. de iure Eccl. 32. 2. 27. cap. 6. nu. 1. et de casum refert 2. tuncy 1626. Loter. de re benef. lib. 1. q. 14. num. 49.

Bibliotheca Canonorum.

- 1 C Onstituatur cum Indice librorum. Prou. 4.
- 2 Præfectus eligatur ab Episcopo de Concilio Capituli. *ibid.*
- 3 Duret eius officium arbitrio Episcopi. *ibid.* si alia sit eligendi consuetudo, feruetur. *ibid.*
- 4 Ineat ratio eam augendi. *ibid.*

Blasphemia.

- 1 C Lericus Deum, vel B. V. expressè blasphemans, prima vice priuetur fructibus beneficiorum vnius anni. Pius V. Anno 1566.
- 2 Pro altera vice beneficijs priuetur. *ibid.*
- 3 Pro tertia vice omnibus dignitatibus, & in exilium mittatur. *ibid.*
- 4 Si caret beneficio, luat pœnam pecuniariam, vel corporalem pro prima vice; carceri detur pro altera; pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. *ibid.*
- 5 Pro blasphemia in Sanctos, arbitrio iudicjs, habita ratione qualitatis blasphemie, & personæ. *ibidem.*

Bona Ecclesiastica.

- 1 E A quouis modo vsurpantes, seu impediens, anathemati subiacent, donec fiat restitutio, & absolutio Papæ referatur. Trid. sess. 21. cap. 1.
- 2 Patronus autem priuetur etiam Iure-

patronatus, & Clericus, etiam beneficijs, & ab ordinum executione sit suspensus, etiam post absolutionem prædictam, arbitrio Ordinarij. *ibid.*

3 Et hæc Decreta quotannis euulgentur. Prou. 5.

4 Bona Confraternitatum, & Hospitalium erectorum sine auctoritate Episcopi sunt laicalia; si verò illius auctoritate, sunt ecclesiastica. Barbosa. de potest. Episc. alleg. 75. num. 32.

5 Locationes anticipatis solutionibus factæ in præiudicium successorum sunt inuvalidæ. Trident. sessione 25. cap. 11.

6 Neque licet locare Iurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus; neque licet conductoribus per se, aut alios exercere. *ibid.*

7 Locationes ad longum tempus, seu, ad 29. annos, aut bis 29. annos, irritæ sunt, & nullæ. *ibid.*

8 Nemini liceat locare bona Ecclesiæ propinquis, intra tertium gradum in emphyteusim, aut ad tempus, etiam per suppositas personas sine magna utilitate Ecclesiæ, iudicio Episcopi, sub pœna nullitatis, & alijs arbitrio Episcopi Pro. 1.

9 Neque item Patronis, neque ijs, quorum cessione ea beneficia obtenta sunt, nisi vt supra, alijs mulsetur beneficiarius fructibus vnius anni quos inde capit. Prou. 2.

10 Solutio, quæ fit quotannis titulo emphyteusis, vel ad longum tempus locationis, fiat per scripturam Notarij, addita causâ, & quantitate pecuniæ. *ibid.*

11 Et instrumenta eiusmodi spatio mensis tradantur Episcopo in Archiuio seruanda. *ibid.*

12 Inuestitura feudorum renouentur à successoribus cum iuramento fidelitatis. Prou. 1.

13 In his renouationibus, omnia bona, & eorum fines nominatim in instrumento describantur. *ibid.*

14 Emphyteuta, vel colonus iurans soluere Canonem singulis annis, non soluto Canone, poterit ante biennium expelli. Nald Emphyteusis. num. 2.

15 Potest vice caducitatis duplicari Canon seu fictus consuetus. Mar. Antonin. l. 1. resol. 30. in fine.

- 16 Pœna caducitatis ne remittatur alicui, nisi seruetur, quæ de iure. Prouinc. 1.
- 17 Beneficiatus ætate minor ne tradat administrationem sui beneficii cuicumque sibi sanguine coniuncto, sine licentia Episcopi in scriptis, Prouinc. 4.
- 18 Fructus inexacti, ad Cameraam non spectantes, sunt successorum in beneficijs, etiam si maturati fuerint ante mortem. Iul. III. Anno 1550. & Urban. VIII. 5. Aprilis. 1628. idem confirmauit.
- 19 Vbi vero est facta concordia cum Camera Apostolica, fructus maturi non exacti sunt heredum beneficiati. Vician. de Iurepatr. par. 3. lib. 14. cap. 8. num. 17.
- 20 Beneficiati sine licentia Episcopi quouis prætextu non alienent pendenter beneficiorum fructus, nisi venditionis, aut locationis nomine; & tunc dilata solutione in id tempus, quo fructus eorum erunt à solo separati sub pœna nullitatis. Prouinc. 1.
- 21 Pendentes fructus beneficiorum adjudicantur successoribus in beneficijs, excepta parte colonica. Prouinc. 7.
- 22 Mortuo igitur beneficiato, constituitur Oeconomus opulentus ab Episcopo, apud quem deponantur omnes fructus, ad onera in primis adimplenda beneficii. *ibid.*
- 23 Ne inuadantur bona clerici defuncti beneficiati pertinentia ad Ecclesiam, eiusque ministros, sub pœna excommunicationis lata sententiæ. Prouinc. 2.
- 24 Et hoc Decretum semel in anno euulgetur. *ibid.*
- 25 Eadem pœna extenditur ad eos, qui nulla inuasiōe asportat suppellectilem, & scripta ad Ecclesiam spectantia, ex ædibus beneficiati defuncti, antequam fiat Inuentarium à Deputato Episcopo. Prou. 3.
- 26 Et hoc quoque quotannis semel publicetur, *ibid.*
- 27 Successori in beneficio prædicta dentur gratis, etiam si clericus mortuus in ijs aliquid expenderit. *ibid.*
- 28 Hæredes autem ne immaturos fructus à solo separent, neque ligna cedant, aliudue damnum successori afferant; aliàs ab Episcopo resarciri iubeantur, & grauius puniantur. Prouinc. 7.
- 29 Fructus à solo separati, etiam si nondum exacti, aut reconditi, maturi tamen, hæredibus dentur. *ibid.*
- 30 Si omnes sunt separati, hæredum quidem sint, ij tamen oneribus beneficii faciant satis. *ibid.*
- 31 Si Parochialis Ecclesia sit, vel beneficium cum residentia personali, ea pars successori detur, quæ Ordinario videbitur ad eius victum, & onera vsque ad novos fructus. *ibid.*
- 32 Fructus locationum, censuum, & similia ad ratam temporis diuidantur. *ibid.*
- 33 Pensiones debitæ pro fructibus simplici locatione, & loco fructuum soluendæ ad eum pertineant, ad quem fructus, vt supra, pertinebunt. *ibid.*
- 34 Aes alienum ratione beneficii contractum per beneficium, cuiusmodi sunt decimæ, pensiones non soluta, salarium ministrorum, reparaciones & ornamenta Ecclesiæ, si apparet contractum superioribus annis, hæredes dissoluant. *ibid.*
- 35 Si eo anno, quo obiit, pro rata fructuum, & temporis iudicet Episcopus, vt vnâ cum nouis fructibus persoluatur. *ibid.*
- 36 Inuentaria fiant bonorum omnium, & iurium Ecclesiarum, coram testibus, & per Notarios. Prou. 1.
- 37 Mobilium item, & immobilium etiam Iurispatronatus, & quouis nomine administrantur. Prou. 4.
- 38 Duo exempla illorum fiat, alterum pro Ecclesia propria, alterum pro Archiueo Episcopali. Prou. 1.
- 39 Renouentur, quando est opus, additis, quæ de nouo accidunt. *ibid.*
- 40 Ad vilitatem Cleri communem in Synodo Diocesana eligantur aliqui à Clero Foraneo, qui cum Urbano agant de ijs, qui ad vniuersi Cleri bona spectant. Prou. 1.
- 41 Et antequam Clerus Urbanus in hanc causam conuocetur, moueantur ij electi, vt adesse possint: alias acta non possint esse detrimeto Clero Foraneo. *ibid.* V. Alienatio rerum Eccles. per totum Canon. Distributiones numer. 28. Capitulum numero 29. 30. Episcopus à. num. 27. ad 37. Corporum priorum cura. num. 4. Ordines maiores. numero 14. Seminarium Clericorum, numero 45.

ADDITIO.

- 1 Possunt Canonici mutare paramenta sine consensu Episcopi, & de mobilibus non pretiosioribus disponere. *Congregat. Conc. 23. Augusti 1631.*
- 2 Triennium in locationibus computandum est ex tribus fructuum collectionibus, ita ut si ex quolibet triennio vnus tantum fructus percipiatur, tunc triennium pro vno anno computari debet, & locatio fieri potest vsque ad nouennium. *DD. cum Barboss. de iure Eccl. l. 3. cap. 17. n. 73.*

Cameteria.

- 1 Restituantur vbi non sunt Prouinci.
- 2 Nullæ ibi sint arbores, nec herba paulo danda. *Prou. 4.*
- 3 Bene Claudantur, & Cruce alta in medio posita. *Prou. 1.*
- 4 Vbi potest, extruatur ibi Capella, & adsit vas cum aqua benedicta. *Pro. 4.*
- 6 Stabula iumentorum inde distent. *ibidem.*
- 6 Neque ibi tritura fiat, neque telæ extendantur, neque fabrile quid elaboretur. *ibid.*
- 7 Ecclesia polluta, censetur pollutum contiguum Cameterium, non è contra *Barbos. de pot. Episc. alleg. 27. num. 29.*

Calix.

- 1 Non ex ære, neque auricalco sit; potius ex stanno. *Conc. Rhem. c. 6.*
- 2 Negatur contactus illius iis, qui non sunt in sacris. *Conc. Rom. 2. cap. 9.*
- 3 Potest Episcopus ex causa dare licentiam clerico, non in sacris, tangendi vasa sacra. *Vgol. de pot. Episcop. capit. 4. §. 11. num. 1.*
- 4 Execratur, quando deauratur, nisi deauratio cadat propter vium. *Sylu. Calix quest. 2.*
- 6 Item si scyphus à pede ex toto separetur, licet non sit fractus, quia iunctura est tornatilis, siue ad vitam. *Idem ibid. Negat Suarez.*
- 6 Et quando amittit formam Calicis. *Sylu. loco cit.*

Campana.

- 1 IN Sabbato Sancto ne pulsantur Campanæ à quouis, antequam Cathedralis Ecclesia, vel Matrix pulsauerit, sub pœna 100. ducatorum. *Leo X. Anno 1518.*
- 2 Per Matricem intellige quoque Parochialem in Diœcesi, antequam non possunt Regulares, neque Confratriæ suas Campanas pulsare. *Congregat. Rit. 19. February. 1608.*
V. Ecclesia. num. 20. Exequia numero 37. Interdictum numero 21. 27. Oratio publica. num. 16. 23. 26. 27. Processio. num. 21. 22. Regularium iura sub Episcopis num. 50.

ADDITIO.

- 1 Potest Episcopus prohibere, ne cœpanæ nondum benedictæ pulsantur. *Congr. Rit. 5. Jul. 1614.*
- 2 Etiam si collegiata habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, non tamen potest pulsare campanas prius in Sabbato Sancto. *Congr. ead. 23. Febr. 1619.*
- 3 Si adest consuetudo pulsandi campanas non nisi post Cathedralē, seu Matricem, obseruanda est. *ead. 21. Aug. 1601.*
- 4 Aliàs liberum est cuique ante, vel post. *ead. 11. Apr. 1601.*

Canoniatuum Collatio.

- 1 Vbi præbendæ cum distributionibus sunt ita tenues in insignibus Collegiatis, ut non respondeant decentiæ loci, & personarum, licet Episcopo cum Capituli consensu, vel beneficia simplicia non regularia iis, vnire, vel aliquibus suppressis cum patronorum consensu ad minorem numerum Canoniatuum reducere. *Trid. sess. 24. cap. 15.*
- 2 Prouisio Canoniatuum ne fiat, nisi iis qui ætatem, & aliàs habent qualitates, sub pœna nullitatis. *Idem sess. 22. cap. 3.*
- 3 Nemo ad Dignitates, quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi saltem 25. ætatis annum attigerit, & in clericali ordine laudabiliter vixerit. *Idem sess. 24. cap. 12.*
- 4 Ad Dignitates infra Archidiaconū, vel Personatus sine animarum cura clerici idonei,